



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Vita S. Vuillehadi, primi Episcopi Bremensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

consideret: hoc autem iustus propter amorem sui gregis. Quod circa erat ei magis necessarium in carne permanere, sicut dicit diuinus Paulus: & cum maiores subiisset labores, illinc quoque plures fructus accipere. Quamobrem in fine se maioribus exercebat laboribus, sicut boni cursores: & pluribus vacabat precibus & intentionibus.

Cum Deus autem vellet ne hac quidem consolatione priuare Matronam, ut ante quam hinc excederet, nosset futurum illic suum statum, eam arripit somnus maior solito: in quo videbatur obire locum, pulchris admodum arboribus constitum, & qui aquis irrigabatur suauissimis, & pradium iucunditate maxima circumstantibus: in quo adstantes quaedam foeminae graues & honestae, & vultu praeseferentes aperta virtutis indicia, domum quandam interiorem ei manu videbantur ostendere, in signi pulchritudine, & qualem nec humana potest manus efficere, neque lingua narrare. Vocabant autem Matronam, ut illuc ingrederetur, dicentes: Haec est tua, & tibi praecipue definita. E somno vero excitata, intellexit quorsum somnium tenderet, quod ei fidem faciebat eorum, quae erant secutura, postquam ex hac vita excessisset. Cum totum ergo vitae tempus ei perductum esset ad centesimum annum: & solos quidem viginti quinque annos in vita transgessisset mundana, reliquos autem in spiritali, hinc migravit ad Christum, quem desiderabat, relicta actionibus, quae ab omnibus quidem habentur in insigni admiratione: paucos vero possunt inducere ad eas imitandas: Christum, ad quem accessit, perpetuo supplex rogans, ut det pacem ecclesijs, & toti populo suo salutem, qui eum vnum glorificat Trinitatis, in quam non cadit diuisio: Quam decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Philip. 1.

Cap. 16. Vno S. Matronae.

Nota grandem eius etatem.

Migrat e corpore.

VITA S. VVILLEHADI, PRIMI EPISCOPI BREMENSIS, PER F. LAVR. SVRIVM EX MS. CO. dice, mutato serè stylo descripta. Est historia fide digna, tametsi Auctoris nomen Codex non habet, sed ab alio abbreviata videtur.



Villehadus vir venerabilis, ex Britannia maiori originem duxit. Porro spiritalibus instructus disciplinis, sacerdotio initiatus est. Vbi verò comperit Frisones, hactenus gentilissimi erroribus implicatos, Christianae fidei expetere mysteria, magno zelo incitatus, accuratè coepit perquirere, qua posset ratione ad eam gentem peruenire. Atque eo saluti animorum zelo, agente spiritu Dei, in dies augecente, accessit ad Regem Anglorum Alachintum, eique aperuit, quo zelo esset incensus, petiitque eius permisso sibi licere praedicandi verbi vitae causa ad Frisones proficisci. Rex, comperta eius sanctissima voluntate, conuocato ad se Episcoporum seruatorumque Dei non paruo coetu, de communi omnium sententia & consensu, iussit eum adire gentem illam, eique fidenter annunciare verbum Dei.

Nouemb. 8.

Feruet zelo conuertendi Frisones.

At vir Dei gratulabundus accessit ad mare, eoque transmissus, venit in Frisiae locum quandam, quem \*Dockinge vocant, vbi iam antè beatus Bonifacius fuit martyrio coronatus. Cuius concionibus multi illic fidem edocti, & Christiana religione initiati fuere. Vnde factum est, ut honorificè illic Vuillehadus exciperetur. Multo verò tempore ibi habitans, docuit ea quae sunt Dei, ita ut etià permulti nobiles, suos filios ei traderent instituendos, & multi ab errore in viam reuocarentur, & magna infidelium turba eius praedicatione instructa, vndis salutaribus expiaretur.

\*Dockum

Magnū fructum facit in Frisia.

Indè autem proficiscens vir Dei, traiecto flumine Lauinca, venit ad locum, quem Huchmarke appellant: cumque eius habitatores ab idolorum cultura ad verum Deum colendum reuocaret, illi furore perciti, exclamarunt, virum tam prophanum prorsus è medio tolli oportere. Nec deerant tamè moderatiōres quidam & sanioris consilij, qui more gentis sorte experiendum dicerent, num morte afficiendus esset. Sed agente diuina prouidentia, fors eum non attigit, Itaque liberam ei fecere abeundi potestatem. Illis ergò relicta, venit in Drentiam, vbi multi eius praedicatione conuersi, crediderunt in Christum, & baptizati sunt. Porro discipuli eius, diuino eos impellente amore, idolorum fana demoliri conabantur: sed id barbari molestissime ferentes, eos trucidare voluerunt. Cæsus tum fustibus est beatus Vuillehadus, & multa

Pagani vo. lunt cum occidere.

Caditur fustibus.

VIRIUS  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

Nota de reliquis sanctorum.

multa ei plagae impositae sunt. Quidam verò ex illis, districto gladio in eum irruit, & caput ei amputare voluit: sed vir sanctus thecam, in qua sanctorum reliquiae inerant, ad collum suspensam habebat. Itaque ictus ille in eius caput vibratus, partem quidem ligaminis thecae discidit, sed eum prorsus nihil laesit. Eo miraculo pagani territi, illum cum discipulis illaesum, à se dimiserunt.

Vuedekindus Saxo persequitur Christianos. S. Vuillehadus venit Roman.

Porro inuictissimus Francorum Rex Carolus, audita eius fama, cum egregie amavit ad propagandam Christi religionem, veritus nè fractus iniurijs, à prædicando verbo Dei cessaret. Tum verò in Vuigmodiam se conferens, ecclesias illic condidit, & populum saluari prædicatione alacriter erudiuit. Denique anno Christi septingentesimo octogesimo primo, omnes Frisones circuncircà degentes, Christianam fidem se complecti velle promiserunt. Sed anno tertio Vuedekindus Saxonum dux, congregato exercitu, aduersus Carolum Regem rebellauit, Christianosq; persequi, & è suis sinibus profligare cœpit. Id vbi comperit vir Dei Vuillehadus, abiit in Vtriuistri: sed ibi quoque imminentem persecutionem, Christi benignitate euasit. Inde verò Romam proficiscens, cum sanctissimi Pontificis Adriani cōsolatione animatus esset, in Franciam laetus redijt. In illo itinere scutella eius lignea contraeta, creditur meritis eius redintegrata.

Vuedekindus baptizatur.

S. Vuillehadus sic primus Episcopus Bremensis.

Porro autem Carolo Francorum Rege iubente, in Vuigmodiam reuersus, Christi fidem publicè & strenuè prædicauit, destructaque templa instaurauit: conatusque eos Domino adiuuante & prosperante, eodem anno Frisones fidem Christi, à qua defecerat, rursus complexi sunt: atque etiam Vuedekindus ipse, totius mali author, Regi Carolo se submitrens, baptismi gratiam percepit. Carolus autem Rex cum esset Vuormatia, seruum Dei Vuillehadum Episcopum consecrari voluit, idque factum est tertio Idus Iulij. Eius autem parociae subiecit Vuigmodiam, Haras, Vtriuistri, Astergam, Vuangam & Noerden. Et illic quidem primus Episcopus fuit beatus Vuillehadus: in ipsa autem functione Episcopi admodum piè & religiosè se gessit, virtutumque studia multis modis auxit. Cum autem corporis incommoda valetudine admodum confectus esset, Hadrianus Pontifex iussit, vt piscibus vesceretur, quibus ob studium abstinentiae vi non solebat. Nullus propè dies abiit, quo non sacra Misarum solennia cum magna cordis cōtritione celebraret, insuper nonnunquam duo vel tria Psalteria lectitans. Ità vir beatus doctrinam suam egregie ornabat, exemplo suo confirmans, quod ore prædicabat.

Dedicatio Ecclesiae Bremensis.

Bremæ ædificauit templum elegantissimum, dedicauitque illud Calendis Nouembris Dominico die in honorem Domini nostri Iesu Christi, & beati Petri Apostoli. Atque ea in vrbe Episcopi sedem constituit.

Psal. 32. Feliciter abijt ad Dominum.

Tandem cum vniuersam parociam suam studio piæ inrètionis crebrò perlustrasset, in locum, qui \* Bleckensee dicitur, peruenit: vbi tam acri correptus est febre, vt discipuli qui cum eo erant, vitam eius desperarent. Vnus autem ex eis familiariter ei adhærens, dolorem, quem ex eius obitu impendente conceperat, lachrymis & querimonijs testatus est: Noli, inquiens, pater sancte plebem, quam pascèdam suscepisti, quæque cultui diuino sese accommodare videtur, deserere, nè tenellus grex, te decedente, luporum moribus exponatur. Ei verò beatus vir sic respondit: Noli, filii mi, à Domini mei conspectu diutius me auocare. Oves ab illo mihi commendatas, et tuendas committo. Non deerit vobis benignitas eius, cuius misericordia plena est terra. Atque ità pia animi deuotione vir Domini cælo semper intentus, sexto Idus Nouembris, cum iam virtutibus perfectus esset, in Christi pace obdormiuit. Ad eius exequias plebs deuota vndiquè accurrens, patrem & doctorem optimum cum hymnis & laudibus ad Bremensem ecclesiam, quam ipse condiderat, deportarunt, in eaque sacrum corpus eius tumularunt.

Fuit in Episcopatu Bremensi annos duos, menses tres, dies vigintifex.

EX LIB. II. CAPITE XIII. ET XV. SA.

XONIAE ALBERTI KRANTZII QVAEDAM HIS SVB-

*imprimus, quae non parum faciunt ad beati Vvillehadi historiam  
confirmandam & illustrandam.*



VM iam antè diuifis locis per Saxoniam Rex (Carolus Magnus) aliquot conftituiffet Epifcopatus, in Osnaburga, in Salingfede, in que Padeburna: anno tandè DCCLXXXVIII. Brementem erexit Ecclefiam, vt effet fuffraganea Colonienfi. In quam ordinatur Epifcopus Vvillehadus, natione Anglus: qui multis iam annis in maritimis eius regionis Chrifti Euangelium diffeminauit. In perfecutione, quàm excitauit Vuedekindus, vix ipfe elabatur, cùm difcipuli eius diuerfis locis occumberent pro Chrifto. Vndè Dei confeffor maius fciens lucrum animarum, Euangelicum compleuit præceptum, de ciuitate fugiens in Matth. 10. ciuitatem: difperfis que ad prædicandum focijs, ipfe Romam cum Ludgero adijt: vbi De Ludgero hæc paulo alter habet eius hiftoria To 2. repeditauit Vuillibrordi. Itaque biennio vterque concludi, contemplationi inftiterunt Martij 26. & orationi, magni Saxoniam futuri Apoftoli: orantes interim pro perfecutoribus & gente Saxonum, nè iactum in eos fidei femen inimicus homo zizanij opprimeret. Quo tempore Vuedekindus author, vt diximus, rebellionis, ad fidem, vt eft dictum, venit, baptizatus cum alijs Saxonum magnatibus. Et tum demum fubaéta Saxonia, Saxonia in in prouinciam eft redacta: quæ diuerfis temporibus in octo Epifcopatus diuifa, Mo- guntino & Colonienfi Archiepifcopis eft fubaéta. Opera precium iudicauit inferere priuilegium Caroli, quod tum contulit Ecclefie Brementis: vndè difcant pofteri, quid permouerit optimum Regem, Epifcopis, non Ducibus fuis, terram fupponere: cer- nant que de temporum ratione complurima, quæ alibi non legantur. Exemplar ergò eius priuilegij, Brementis Ecclefie à Carolo donati.

IN NOMINE DOMINI & Saluatoris noftri Iefu Chrifti, Carolus diuina or- Cap. 15. dinante clementia Rex: Si Domino Deo exercituum fuccurrente, in bellis victoria Priuilegiu Ecclefie Brementis. potiti fumus, in illo, & non in nobis, gloriamur: & in hoc feculo pacè & profperitatè, & in perpetuo futuro aeterna mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter nouerint omnes Chriftifideles, quòd Saxones, quos à progenitoribus noftis ob fuæ pertinacia perfidiã femper in domabiles, ipfi que Deo & nobis tam diu rebelles, quoufque, illius, non noftre, virtute ipfos & bellis vicimus, & ad baptifmi gratiam, Deo annuente, perduximus, priuilegiu libertati donatos, & omni nobis debito cenfu folutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipfi tributarios & fubingales deuorè addiximus: videlicet, vt qui noftre poteftatis iugum hæcenus ferre detrectã- runt, victi iam, Deo gratias, & armis & fide, Domino ac Saluatori noftro Iefu Chrifto, Saxonia vt ac facerdotibus eius, omnium fuorū iumentorum & fructuum, torius que culture de- Epifcopis fit fubaéta. cimas ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter cõftricti perfoluãt. Proindè omnem terram eorum antiquo Romanorum more in prouincias redigentes, & inter Epif- pos certo limite difterminantes, feptentrionalem illius partem, quæ & pifcium vber- tate diuiffima, & pecoribus alendis habetur aptiffima, pio Chrifto & Apoftolorum fuorum principi Petro, pro gratiarum actione deuorè obtulimus: fibi que in Vuigno- dia, in loco Bremen vocato, fuper flumen Vueferam Ecclefiam & Epifcopalem con- Vueferã, id eft, Vuir- gini. ftituimus cathedram. Huic parochia pagis feptuaginta manfos cum fuis colonis offerentes, totius huius parochia incolas, decimas fuas Ecclefie, fuo que prouifori fideliter perfoluere, hoc noftre maieltatis præcepto iubemus, donamus, & confirmamus. Ad hoc etiam fummi pontificis & vniuerfalis Papæ Hadriani præcepto, necnon & Mo- guntinenfis Epifcopi \* Lullonis, omnium que, qui affuere, pontificu confilio eandem \* al. Lulli Brementem Ecclefiam, cum omnibus fuis appendicijs, Vvillehado probabilis vitæ Vvillehadus fit primus Epifcopus Brementis. viro, coram Deo & fanctis eius commiffimus: quem etiam primum eiusdem Ecclefie tertio Idus Iulij confecrari fecimus Epifcopum: vt populis diuini femina verbi, fecun- dum datam fibi fapietiam fideliter difpenfando, & nouellã hanc Ecclefiam canonico ordine & monafteriali competentia inftituendo, interim plantet & riget, quoufque precibus fanctorum fuorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus.

Innotuit etiam idem venerabilis vir ferenitati noftre, eam, quam diximus, paro- chiam

VVILLEHADO  
 BREMENTIS  
 RVM  
 5

chiam, propter barbarorum infestatum pericula, seu varios euentus, qui in ea solent contingere, ad sustentacula siue stipendia Dei seruatorum inibi militantium minime sufficere posse. Quamobrè, quia omnipotens Deus in gente Frisonum, sicut Saxonum, ostium suum aperuit, partem prænominatę regionis Frisia, quę contigua huic regioni esse dinoscitur, eidem Bremensi Ecclesię, suoque prouisorio Vuillehado Episcopo, eiusque successoribus perpetuò delegauimus retinendam. Et quia casus præcedentes, nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam sibi in eadem diocesi usurpet potestatem, certo eam limite facimus terminari: eique hos terminos, mare Oceanum, Albim fluuiũ, Liam, Strenbach, Hafalam, Vuimmarham, Snielbach, Ostam, Mulinbach, Moram plaudem, quę dicitur Sigefridi de moer, Quittinam, Chisemmoer, Ascbrock, Vuiscbrock, Biuernã, Vternam, iterumque Ostam. Ab Ostã verò vsque dum peruenitur ad paludem, quę dicitur Kaldëbach: deinde ipsam

Limites diocesis Bremensis.

\*Vuennã fluuiũ, à Vuenna verò Bitinam Farstinam, vsque ad Vuesseram fluuium: deinde ab orientali parte eiusdẽ fluminis viam publicam, quę dicitur Helsenueg, Sturmegor & Lorgoe: determinantem Sechbasam, Alapam, Caldehorra, iterumque Vuesseram. Ex occidentali autem parte viam publicam, quę dicitur Folckuueg, quem incolę loci Vuildloch nominant: Finolam, Vualdesmoer, Berckpol, Eddenri apud plaudem, Emisgoer & Oestergoer determinantem: Brudlocho, Biberlach, iterumque mare: firmos & intransibiles iussimus, & circumscribi: vt huius donationis ac circumscriptionis autoritas nostris futurisque temporibus, Domino protegente, valeat inconcussa manere, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Signum domini Caroli Regis inuidissimè: Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis, & sacri palatii capellanus, recognouit. Data II. Idus Iulij, anno Dominicę incarnationis DCCLXXXVIII. Indictione XII. regni domini Caroli XXI. Actum palatio Nemetensi feliciter, Amen.

Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis.

S. Vuillehadus multis annis prædicat Frisijs & Saxonibus.

Sedit igitur in Ecclesia Bremensi beatus Vuillehadus post ordinationem suam annos duos, menses tres, dies vigintis sex: prædicauitque tam Frisijs quàm Saxonibus post martyrium sancti Bonifacij omnes annos trigintaquinque. Obijt autem senex & plenus dierum in Frisia, in villa \* Pleccazze, nunc vocant Plexen: quę sita est in Rustria. Corpus eius Bremam deportatum, in basilica sancti Petri, quam ipse ædificauit, sepultum est. Transitus eius celebratur festiuis gaudijs vj. Idus Nouembris. Ordinato, 3. Idus Iulij. Hactenus ex Crantzio.

### VITA S. GODEFRIDI EPISCOPI AMBIANENSIS, AVTHORE NICOLAO MONACHO SVES-

*ionensi, eius æquali: Cuius tamen dictionem passim mutauit, & plerumque nomibilib contraxit F. Laur. Surius, sola Epistola nuncupatoria prorsus nihil mutata: quę mox sequitur.*



Reuerendo patri Rohardo, sanctę Sueffionensis sedis ac matris Ecclesię Decano, Nicolaus beatorum martyrum Crispini & Crispiniani, ipsius vrbs Apostolorum & patronorum, seruus, debita venerationis obsequium. Sæpius, patre amantissime, tua sanctitas paruitatem meam cõmonescit, vt aliqua de gestis pię memorię Godefridi Ambianensis ciuitatis præfulis, in laudẽ omnipotentis Dei stylo cõtraderem fidelium posteritati. Quod vt ipse reor meministi, primo durè suscepi, nec mirum. Etenim à tanti viri pijs laudibus exprimendis hinc me reuocabat ætatis immaturę debilitas: (Vt enim relatione obstericis insertum memorię retinebam, non amplius quàm quinque lustrorum ambitum attingeram) hinc verò humilis sciētiorę tarditas maximè retrahebat. Nam vt de reliquis taceam, nondum complexionem syllabarum, nondum ipsius Alphabeti elementa plenè cognoueram. Cumque modernos acutiore, & vt ita dixerim, lynceum more obstantia quęque subtiliter penetrare intueor, dum vnumquenque in suo sensu abundare contemplor, dumque penè vniuersos eloquiorum flores perquirere, simul & compendio studere perpendo: nimium nimiumque vereor, quòd si tantilli exercitij ruditas, incultique ingenioli tarditas, Pythagoricas seu Platonicas peruenerit ad aures, fastidium magis, quàm emolumentum generans, inter argutos videar grauis